



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 2. Quòt jejunia præscribantur, & quibus diebus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

Q. 2. Quot jejunia prescribantur, & quibus diebus?

R. Tria; Feriis tribus in Bullâ designatis, scilicet quartâ, sextâ, & sabbatho; & quidem intra eandem septimanam, ut satis indicant verba Bullæ, & communis sensus & praxis.

Quare non videtur sustinenda opinio (quam putant probabilem, licet suadeant non practicandam, Bonnacina q. 1. pu. 5. n. 34. sub finem, Castropalao pu. 12. §. 3. n. 20. Dicastillo De Pœnit. tr. 9. n. 355.) posse scilicet ista jejunia dividi in duas hebdomadas.

Q. 3. An jejunia illa obeunda sint omnibus qui Jubileo potiri volunt?

R. Cum communi affirmativè: neminem enim eximit Bulla. Quare tenentur jejunare, etiam pueri, etiam senes, infirmi, &c. nisi propter impotentiam physicam aut moralem, seu notabilem admodum difficultatem, aut grave detrimentum, commutet Confessarius in aliud opus, uti